

EX CAPITE SEXTO.

SUMMARI A.

Judices Curie, & Chancilleriarum qualiter procedant in causis criminalibus, remissivè.

CAPUT SEXTUM.

DE MODO PROCEDENDI in causis criminalibus per los Alcaldes de Corte, y Chancillerias, remissivè.

Supradictus modus procedendi in causis criminalibus contra delinquentes, tam presentes, quam absentes observandus erit solummodo à Judicibus Ordinariis locorum: forma tamen, & ordo procedendi in causis criminalibus in prima instantia per los Al-

FINIS QUINTÆ PARTIS PRIMI TOMI.

SEXTA PARS,

PRIMI TOMI,

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in causis civilibus in secunda instantia apud Sæcularia Tribunalia.

EX PROOEMIO SUMMARI A.

- 1 Appellationis remedium oppressis, & gravatis commune refugium est.
- 2 Appellatio, sicut sol morialibus, ita & Mundo grande, & generale bonum est.
- 3 Appellatio est, tamquam theriaca contra venenum primi Judicis, & sicut portus securus navigantibus, atque arx tutissima militibus persecutionem patientibus.
- 4 Appellationis definitiones varia rejiciuntur, & aptior traditur.
- 5 Appellationis congrua definitio ab Auctore præscribitur.
- 6 Appellatio quo jure sit inventa, demonstratur.
- 7 Appellatio, quoad substantiam de Jure Naturali, cum sit defensio; quoad solemnitatem verò, & formalitatem de Jure Civili est inducta.
- 8 Appellatio est duplex, judicialis, scilicet,

caldes de Corte contra delinquentem presentem ponitur à leg. 6. tit. 6. lib. 2. Recopil. Et forma procedendi ab eisdem Judicibus in prima instantia contra delinquentes absentes ponitur in leg. 7. tit. 6. lib. 2. Recopil. Forma vero procedendi in prædictis causis criminalibus in prima instantia per los Alcaldes del Crimen de las Chancillerias ponitur etiam in prædictis legis 6. & 7. tit. 6. lib. 2. Recop. tam contra delinquentes presentes, quam contra absentes. *T que forma, y orden han de tener en proceder contra los delinquentes, que ante ellos se presentan por delictos cometidos en otra parte, fuera donde los dichos Alcaldes residen, pone la ley 8. y 9. tit. 7. lib. 2. Recop. Y el orden, que han de tener en proceder contra los delinquentes, que ante ellos se presentan personalmente de mandado de la Justicia Ordinaria por alborotadores, ò desfacados, ò en otra manera ante ellos se presentan, y han de mandar antes que inhiban à los Jueces inferiores, pone la ley 11. tit. 7. lib. 2. Recop.*

cet, & extrajudicialis.

- 9 Appellatio extrajudicialis est, qua interponitur ab extrajudicialibus actibus.
- 10 Extrajudicialis appellationis duplex est species, altera, qua interponitur à Judice extrajudicialiter procedente, altera, qua à parte privata, qua proprie dicitur provocatio.
- 11 Appellatio duos habet effectus suspensionem, & devolutivum.
- 12 Appellationis suspensivus effectus ideo, quia per appellationem jurisdictionis inferioris Judicis suspenditur.
- 13 Appellationis effectus devolutivus ideo dicitur, quia per appellationem cognitio causa ad Superiorem devolvitur.
- 14 Appellationis interponenda biduum, vel triduum olim à Jure restrictum, postea fuit prorogatum ad decennium à die notificationis sententia dinumerandum, quod hodie in foro

De Modo, & forma procedendi, &c.

Ecclesiastico, & in Lusitania observatur.

- 15 Appellatio de Jure Regis novissimo intra quinque dies dinumerandos à die intimacionis sententia interponi debet, sive judicialis, aut extrajudicialis fuerit appellatio.
- 16 Lex nova correctoria loquens in uno ex casibus equiparatis de Jure antiquo, extenditur ad alium casum equiparatum.
- 17 Appellatio in omnibus causis interponi potest.
- 18 Appellare omnibus personis licet regulariter, & ideo appellationibus omnibus Judex deferre debet, nisi prohibeatur.
- 19 Appellari potest ab omnibus Judicibus, tam Ordinariis, quam Delegatis.
- 20 Appellatio non interponitur à sententia interlocutoria.
- 21 Appellari potest à sententia interlocutoria continenti gravamen irreparabile per diffinitivam.
- 22 Gravamen irreparabile per sententiam diffinitivam multis modis infertur.
- 23 Appellari potest ab interlocutoria habenti vim diffinitivam.
- 24 Bartoli generalis sententia de admit-tendis appellationibus à sententiis interlocutoriiis, tam negativis, quam affirmativis impugnatur.
- 25 Appellatio ab interlocutoria de Jure Canonico admittitur, quod hodie per Concil. Trident. sublata est, nisi interlocutoria habeat vim diffinitivam, vel gravamen irreparabile per diffinitivam sententiam.
- 26 Intellectus, & declaratio Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de Reformatione, circa appellationes ab interlocutoriis sententiis non interponendas.
- 27 Lex declaratoria extenditur ad casum similem.
- 28 Quando major favor vertitur in legis extensione, quam restrictione, extensio ejus fieri debet ex identitate rationis.
- 29 Appellatio pluribus potest interponi modis, verbaliter, scilicet, & in scriptis.
- 30 Appellari verbaliter dicitur, quando viva voce gravatus appellat, & facit appellationem redigi in actis processu per Notarium.
- 31 Appellari in scriptis dicitur, quin gravatus ex intervallo appellat, & porrigitur libellus appellatorius scriptus.
- 32 Appellari potest à sententia diffinitiva, vel interlocutoria vim diffinitivam, aut gravamen irreparabile per diffinitivam habente, viva voce incontinenti; sed ex intervallo appellandum est in scriptis, nec sufficit viva voce, nisi in causis brevioribus.
- 33 Appellandum est in scriptis à sententia interlocutoria in casibus, in quibus ab ea po-

test appellari, sive incontinenti, sive ex intervallo interponatur appellatio, nisi vim diffinitivam interlocutoria habuerit, quia tunc incontinenti viva voce appellari poterit.

- 34 Quomodo in appellatione à diffinitiva causam gravaminis non oportet exprimi, ita, & in appellatione ab interlocutoria vim diffinitivam habente.
- 35 Appellatione prohibita à jure, vel à Principe in aliquo casu, exprimi debet causa, sive appellatio interponatur à diffinitiva, sive ab interlocutoria vim diffinitivam habente; si autem appellatio interponatur ab interlocutoria continenti gravamen irreparabile per diffinitivam, specialiter, & nominatim causa gravaminis debet exprimi.
- 36 Appellatio continere debet appellantis, & appellati nomen, continentiamque sententia, à qua appellatur cum relatione Judicis à quo, & ad quem.
- 37 In appellatione sufficit officii Judicis à quo nomen exprimeri, licet proprium non apponatur, sicut sufficit, quod Judicis ad quem nomen proprium non exprimitur, sed solum dicitur, appello ad Judicem competentem.
- 38 Ratio vera, quare sufficit dicere in appellatione, appello ad Judicem competentem.
- 39 Appellatio alternativa non valet cum à Judice recipitur, & assignat terminum ad ejus prosecutionem; secus vero, si non fuerit recepta, nec terminus prosecutionis præfixus, & utriusque conclusionis ratio traditur.
- 40 Apostoli peti debent in appellatione, ut valeat, petique debent instantem, instantius, & instantissimè, & sapè, sapius, & sapissimè.
- 41 Apostoli, qui in appellatione petuntur sunt quedam missio, qua fit per Tabellionem in testimonio de Judice à quo ad Judicem ad quem, ut ipse instruat ex actis processus.
- 42 Apostoli appellationis alii sunt Reventiales, alii Testimoniales, & alii Refutatorii.
- 43 Appellatio interponi debet de minori ad majorem Judicem.
- 44 Libellus appellationis Hispano sermone conceptus.
- 45 Appellans non debet convitiari Judicis à quo, alias punitur.
- 46 Appellationis clausula illa: Es ninguna, y do alguna injusta, unde procedat, dicitur.
- 47 Appellationis clausula: Por las quales causas, y por las que ante el Superior protesto decir, y alegar, quid operetur, offenditur.
- 48 Appellatio à diffinitiva sententia, non solum ex actis, & causis deductis in prima instantia, sed etiam ex novis causis, & probationibus in secunda deductis potest justificari.
- 49 Appellatio ab interlocutoria ex causis in prima instantia deductis, non etiam in secunda,

justificari debet.

50. Appellationis clausula illa: Salvo el de-recho de la nulidad, quare in libello apponatur, traditur.

51. Sententia nulla per appellationem ab appellante non censetur confirmata.

52. Appellationes de Jure Regio a quibus, & ad quos Judices interponi debeant.

53. Libellus appellationis porrigi debet coram Judice a quo, nisi copia ejus non possit haberi, quia tunc porrigi poterit coram beneficiis personis, vel coram superiori.

54. Appellationis testimonium, hoc est Apostoli, quod a Tabellione ab appellante petitur, debet continere relationem petitionis actoris, & ejus quantitatis, & relationem sententia, & ejus quantitatis cum expressione cause, an sit civilis, vel criminalis.

55. Tabellio testimonium appellationis concedere nolens, potest requiri ab appellante coram alio Tabellione tertio quoque die, ut sibi testimonium appellationis praestet.

PROOEMIUM.

1. Quoties a Judice lata fuerit sententia, & aliqua pars ex litigantibus senerit se oppressam, seu injuste gravatam, aut laesam, ab eadem sententia appellare poterit: (a) remedium enim appellationis est valde frequens, & necessarium, ut inquit Jureconsultus, (b) 2. & Bernardus (c) testatur, appellationem esse grande, & generale bonum Mundo, idque tam necessariam hominibus, quam Sol mortalibus: nam Sol justitiae est prodens, & redarguens opera tenebrarum. 3. Quo circa Baldus (d) asserit, appellationem esse thesaurum contra venenum primi judicis, & in Proemio tit. 23. Part. 3. appellatio dicitur portus securus navigantibus, arcus, & refugium tutissimum militibus perfectionem patientibus. Quo fit materiam appel-

(a) Juxta text. in leg. A sententia, ff. de Appell. & in cap. Omnis oppressus, & in cap. Ideo 2. quæst. 6. (b) In leg. 1. in princip. ff. de Appell. (c) In lib. de Consider. ad Eugenium. (d) In leg. 1. in fin. Cod. Si de moment. posses. fuer. appell. (e) Secundum glossam in leg. 1. in princ. in 1. schol. ff. de Appell. (f) In cap. 1. 2. quæst. 6. rejectaque alia definitione gloss. in cap. 2. verb. officiali, de Consuet. lib. 6. (g) In leg. 1. in princip. n. 3. ff. de Appell. & alia Panorm. in Rubr. Extra de Appell. & ibi Mant. n. 10. & 11. (h) Juxta text. in cap. Cum speciali, §. Porro, ibi: Ad presidium innocentia, Extra de Appell. quem text. ad hoc notant DD. præsertim Panorm. in Rubric. n. 6. & Mant. n. 13. Extra de Appell. (i) Et ita tenent Panorm. n. 6. Beroius, n. 49. Mant.

lationis plenus, quam aliam tractandam esse, (e) nos vero in isto Tractatu solummodo attingemus magis quotidiana, & in praxi necessaria circa modum, & formam procedendi in ista secunda instantia, nonnulla prius præmittendo pro faciliiori expeditione.

3. Et primo, de definitione appellationis, & omiffa definitione Glossæ, (f) etii definitio Bartoli (g) sustineri possit; 5. tamen existimo, aptius describi posse, scilicet, quod appellatio est provocatio a minori Judice ad majorem, ratione gravaminis illati, vel inferendi, qua iniquitas sententia, seu imperitia, vel malitia Judicis corrigitur, interim ejus potestatem suspendens.

6. Secundo, videndum erit, quo jure sit inventa appellatio: 7. & dicendum erit, appellationem quoad ejus substantiam de Jure Naturali inductam esse, quia est defensio, (h) quoad solemnitatem verò, & formalitatem ejus de Jure Civili inductam esse, probat text. sic intelligendus in leg. 2. ver. Ex actis inde Regibus, ibi: Lege lata, ff. de Orig. juris, & text. in leg. 1. ibi: Legum adminicula, Cod. de Sentent. Praefect. Prator. (i) Et an hujusmodi appellatio a Lege, vel Principe tolli possit, resolvit Mantua. (j)

8. Tertio, videndum erit, quotuplex sit appellatio: & dicendum erit, appellationem duplicem esse Judicalem, & Extrajudicalem. (k) Judicialis enim est, qua interponitur in judicio, postquam judicium ceptum est per citationem. (l) 9. Extrajudicialis vero est, qua interponitur ab actibus extrajudicialibus, ut puta, ab electionibus, postulationibus, præsentationibus, & ab aliis similibus. (m) 10. Rursus appellatio extrajudicialis duplex est, una, qua interponitur a Judice extrajudicialiter procedente; altera, qua interponitur a parte privata inferenti aliquod gravamen alteri parti. (n) Quæ appellatio extrajudicialis non est proprie appellatio, sed provocatio ad causam in-

n. 13. in dict. Rubric. & Damhoud. in Praxi, cap. 229. num. 3. (j) Num. 13. & communiter omnes in Rubric. Extra de Appell. Rebuff. in 2. tom. tit. de Rescriptis in præfat. n. 161. Covar. in Pract. Quæst. cap. 23. n. 6. & Pinel. in Reper. lit. 2. Cod. de Rescind. vend. 1. part. Rubric. capit. 2. n. 21. (k) Ut colligitur ex cap. 1. de Appell. lib. 6. (l) Secundum gloss. verb. Judicio in dict. cap. 1. recep-tam communiter ex Joan. Andr. & aliis, ibi. (m) Ut in cap. Concertatione, de Appell. in 6. & in leg. 1. §. Solent, ff. de Appell. recip. (n) Quas duas species ponit gloss. in dict. cap. 1. verb. Extra, & gloss. 1. in dict. cap. Concertationi, & notant Panorm. n. 20. Dec. n. 28. in cap. Cum sit Romana, Extra de Appell. & Perus. in cap. Bone, n. 17. cod. tit.

inchoandam. (o) Frequenter tamen appellatio, & provocatio confunduntur, & una pro alia accipitur: (p) & de ista appellatione extrajudiciali agitur in Ordinariis Lusitanorum, lib. 3. §. 32. tit. 62.

11. Quarto, videndum erit, quos effectus appellatio habeat; & dicendum erit, appellationem duos effectus habere, Suspensionem, & Devolutionem. (q) 12. Effectus enim Suspensionis dicitur, quia per appellationem jurisdictionis Inferioris suspenditur, (r) quod intellige verum esse, respectu futuri eventus; tamen respectu presentis status appellatio jurisdictionem Inferioris extinguit. (s) 13. Effectus verò Devolutionis dicitur, quia per appellationem cognitio cause devolvitur ad Superiorem, etiam in his causis, a quibus appellari non potest. (t)

14. Quinto, erit videndum, intra quod tempus appellatio interponi debeat: & dicendum erit, olim appellationem interponendam esse intra biduum, vel triduum, (u) postmodum vero id tempus prorogatum fuit usque ad decimum diem, & ita intra decem dies numerandos a die notificationis sententia appellatio interponenda erat: (x) quod etiam hodie observatur in Foro Ecclesiastico. (y)

15. At vero in Foro Sæculari de Jure Regio Novissimo appellationem interponendam esse intra quinque dies, determinat text. in leg. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. qui quinque dies a die intimationis sententia currunt: (z) quod

hodie procedit, ne dum in appellatione judiciali, de qua loquitur dict. lex 1. tit. 18. lib. 4. Recop. verum etiam in extrajudiciali: nam utraque in Foro Sæculari intra quinque dies interponi debet: 16. lex enim nova correctoria loquens in uno ex casibus æquiparatis de jure antiquo, extendi debet ad alium casum æquiparatum; (a) sed jus antiquum æquiparat appellationem judicialem, & extrajudicialem, quoad tempus interponendi eas; (b) ergo prædicta lex 1. Recop. loquens in appellatione judiciali, extendi debet ad extrajudicialem.

17. Sexto, erit videndum, in quibus causis appellatio interponi possit: & erit dicendum, quod appellatio in omnibus causis interponi potest, (c) 18. & pari modo, omnibus personis regulariter licet appellare: (d) insuper regulariter omnibus appellationibus deferendum est per Judicem: (e) 19. & denique regulariter ab omnibus Judicibus, tam Ordinariis, quam Delegatis appellari potest: (f) & prædictis regulis adde plures limitationes, in quibus appellatio non procedit, congestas per DD. (g) & aliquas ponit lex 13. & 16. tit. 23. Part. 3. & leg. 3. 4. 6. & 9. tit. 18. lib. 4. Recop.

20. Et inter alias limitationes connumeratur præcipue illa, quod a sententia interlocutoria non sit appellandum, ut in leg. 13. tit. 23. Part. 3. & in leg. 3. tit. 18. lib. 4. Recop. & in leg. 10. tit. 7. lib. 2. Recop. (b) ubi in causis criminalibus prohibetur appellatio a sententia in-

(o) Juxta text. in dict. cap. Cum sit Romana in princip. de Appell. quem ad hoc notat ibi Perus. n. 4. (p) Ut probatur in leg. Talein pactum, §. Qui provocavit, ff. de Pactis, & in leg. Si quis provocacione, Cod. de Appellat. (q) Ut notat gloss. in cap. Ad reprimentum, verb. Conquestas, de Offic. Ordin. & resolutum Panorm. n. 4. Dec. n. 7. in Rubric. Extra de Appell. Damhoud. in Praxi, cap. 242. n. 1. & Duënas in reg. 42. (r) Ut probat text. in cap. Si a judice, de Appell. lib. 6. (s) Juxta text. sic intelligendum in leg. 1. §. fin. ff. Ad Turpil. secundum Dec. cum communem in dict. Rubr. n. 7. & ibi Beroius, n. 40. consentit Jass. in leg. Si causa cognita n. 7. Cod. de Transact. (t) Ut probat text. in cap. Per tuas, & ibi Panorm. n. 2. de Sent. excom. Perus. in cap. Pastoralis, n. 5. de Appell. & Covar. in Pract. Quæst. cap. 23. n. 7. (u) Ut probat text. in leg. 1. §. Biduum, ff. Quam appell. sit, & in cap. Biduum 2. quæst. 6. & in leg. 1. tit. 15. lib. 2. Foti. (v) Juxta text. in Auth. de Appell. & intra qua temp. in princ. Coll. 2. & in Auth. Hodie, Cod. de Appell. & in leg. 22. tit. 23. Part. 3. (y) Ut in cap. Anteriorum 2. quæst. 6. & in cap. Significaverunt, de Testib. & in cap. Quoad consultationem, de Re judic. & idem hodie observatur in Lusitania, lib. 3. Ordinam. tit. 54. in princ. de quo artic. est videndus Roderic. Lancelotus Tract. de Attentatis, 2. part. cap. 12. limit. 50. n. 57.

(x) Ex his, quæ notat gloss. per text. ibi in cap. Concertationi, verb. Sciverit, de Appell. lib. 6. & ibi Dominicus n. 15. Joan. Bapt. Ferretus, coal. 217. n. 4. vol. 1. & Ant. Brandus in Tract. de Tempore. utili, cap. 3. n. 4. & gloss. in dict. cap. Anteriorum in verb. A recitatione, & expressè resolvit Didac. Perez in leg. 1. tit. 16. lib. 3. Ordin. col. mini 1281. (y) Secundum gloss. fin. in leg. Si quis sermo, Cod. de Furt. & gloss. in leg. Quod vero contra, ff. de Legib. quas gloss. ad hoc notat Jass. in leg. Marcellus, n. 27. ff. Ad Trebel. & in §. Ex maleficio, n. 39. Infit. de Alion. & Barb. in cap. Si Clerici in princ. n. 97. Extra de Judic. (b) Ut in dict. cap. Concertationi. (c) Ut firmat gloss. in leg. Qui restituere, ff. de Rei vendic. & hanc regulam constituit Marant. de Ordin. Judic. 6. part. tit. de Appell. n. 267. pag. 518. (d) Ut in leg. A sententia, ff. de Appellat. (e) Secundum Alex. in leg. 1. ff. Si quis caution. & resolvit Marant. ubi supr. n. 388. pag. 642. & probatur ista regul. in leg. 13. tit. 18. lib. 4. Recop. (f) Ut in cap. Omnis, & in cap. Ad Romanam 2. quæst. 6. & Marant. ubi supr. n. 235. pag. 610. Per. Duënas in reg. 43. (g) Ubi supr. & per Bern. Diaz in reg. 35. & per Damhoud. in cap. 230. cum seqq. in Praxi, & per Duënas in reg. 41. cum seqq. & aliquas per Covar. in Pract. Quæst. cap. 23. n. 5. & 6. per Didac. Perez in leg. 1. tit. 16. lib. 3. Ordin. col. 1280. (h) Et in leg. 1. in princ. ff. de Appell. & in leg. Ante sententia, Cod. Quor. appell. non recip.

interlocutoris, & leg. 5. tit. 5. lib. 7. Recop. & notat Bartolus, (i) qui intelligit hoc esse verum, nisi interlocutoria contineret gravamen irreparabile per diffinitivam: 21. nam tunc bene appellatur ab ea, ut puta, in sententia tortura, (j) & in sententia captura, secundum Petulinum. (k) 22. Et gravamen irreparabile dicitur prædictis modis, & etiam, quando gravatus ex interlocutoria, etsi obtrunierit in diffinitiva, non desinet esse lesus. (l)

23. Similiter, inquit Bartolus, ubi supra, quod, quando interlocutoria habet vim diffinitivam, ab ea potest appellari: & exemplificat hoc in sententiis interlocutoris negativis, ut puta, si Judex pronuntiet, non esse procedendum, ex eo quod accusator non egit intra tempus ei præfixum, (m) vel si pronuntiet, se non esse Judicem, (n) vel si pronuntiet, non esse procedendum propter exceptiones obiectas: (o) & ibidem testatur, appellationem interponi posse, etiam à sententiis interlocutoris affirmativis, ut puta, si Judex pronuntiet, procedendum esse in causa, rejecta exceptione dilatoria, qualis est exceptio inepti libelli, aut illa, quæ respicit in habilitatem agentis: vel si peremptoria opponatur, quæ impediatur litis ingressum, qualis est exceptio rei judicata, transactionis, aut jurisjurandi: nam in his speciebus inducitur vexatio irreparabilis adversus opponentem exceptiones. (p) 24. Sed ista ultima opinio Bartoli, & sequacium non est admittenda; aliàs passim defendendum esset appellationi interpolatæ ab interlocutoria, super omni exceptione dilatoria, quia facile posset considerari vexatio facti. Præterea Bartolo non suffragatur text. in leg. 4. ff. de Appellat. recip. quia non debet sumi argumentum à contrario sensu ad correctionem regulæ prohibentis appellationem ab interlocutoria: (q) & hujusmodi impugnatio Bartoli deprehenditur ex leg. 3. tit. 16. lib. 4. Recopil. ubi disponitur, appellationem ab interlocutoris affirmativis super exceptionibus dilatoriis solummodo admittendam esse in

tribus casibus; ergo manifeste constat, in aliis denegatam esse. (r)

25. De fure autem Canonico appellatio ab interlocutoria indistinctè admittebatur, (s) cum mille complicitibus; hodie vero per Concilium Tridentinum, (t) etiam in foro Canonico appellatio ab interlocutoria sublata est, nisi interlocutoria habeat vim diffinitivam, vel contineat gravamen irreparabile per diffinitivam, & idem dispositum est in causis criminalibus ab eodem Concilio: (u) 26. quæ Decreta Concilii procedunt in interlocutoris latis, tam à Judice Ordinario, quam à Delegato, tam in prima instantia, quam in secunda: quia non sunt correctoria juris communis, sed potius declaratoria, cum Jus Canonicum antiquum declarent, nempe, quod in quantum simpliciter disposuerat, ab interlocutoris esse appellandum, intelligatur verum, quando interlocutoria habent vim diffinitivam, vel inducerent gravamen irreparabile: 27. & lex declaratoria extendi debet ad casum similem: (x) rursum, etsi fateamur, prædicta Decreta correctoria esse, adhuc tamen extendenda sunt ad similem casum ex identitate rationis assignate in eis; (y) sed in dicto Decreto vigesimo disponitur, quod causa in prima instantia terminetur biennio, & quod ab interlocutoris non appelletur; ergo mens, & ratio Concilii est, ne biennium illud consummatur in interponendis appellationibus ab interlocutoris; sed in secunda instantia vertitur eadem ratio, imo major, cum uno anno terminari debeat; (z) ergo etiam appellatio censetur prohibita ab interlocutoris latis in secunda instantia: nam quando eadem ratio vertitur in secunda instantia, dispositum in prima instantia extenditur ad secundam instantiam. (a)

28. Præterea, quando major favor vertitur in extensione legis, quam in restrictione, ejus extensio fieri debet ex identitate rationis; (b) sed in hac specie major favor versatur in extensione, nempe, favor Reipublicæ, cum ejus interit, quod finis litibus imponitur, quam

(i) In leg. 2. ff. de Appell. recip.

(j) Juxta text. in leg. 2. ff. de Appell. recip.

(k) Num. 2. & Præpositum, n. 9. in c. Super eo II. de Appell.

(l) Secundum Bald. in leg. 2. n. 5. Cod. de Episc. Aud.

& consentit Cosmas in Pragmat. Sanctione, tit. de Causis, vers. Ne quidem, col. 3.

(m) Ut in leg. Tertia, ff. de Accus.

(n) Ut in cap. Significavit, de Offic. Deleg. quem ad hoc notat Bald. in leg. 2. n. 12. Cod. de Episc. Audient.

(o) Ita docet Bartol. ubi supra, n. 13. & n. 16.

(p) Et Bart. in hoc consentit Baldus, ubi supra, n. 5. & 6. & Angel. in leg. 2. n. 6. ff. de Appell. recip. & cum hac opinione Bartol. & sequacium transit Alex. Stiat. in Pract. Judic. cap. 4. n. 6.

(q) Juxta text. in cap. A nobis II. de Sentent. excom.

(r) Argum. text. in leg. Cum prior, ff. de Judic. & supradictæ limitationes Bartol. comprobantur Jure Regio in dict. leg. 10. tit. 7. lib. 2. Recop.

(s) Ut in cap. Super eo II. de Appell.

(t) Sess. 24. de Reform. cap. 20. in princ.

(u) Sess. 13. de Reform. cap. 1. in fin.

(x) Secundum Bart. receptum in leg. Si constante, n. 43. ff. Solut. matrim.

(y) Secundum DD. in Auth. Quas actiones, Cod. de Sa-

crof. Eccles.

(z) Ut in cap. Cum sit Romana, de Appell.

(a) Ex resolutis per Aret. in cap. Fraternitatis, n. 7. de Test.

(b) Secundum Alex. in dict. leg. Si constante, n. 5.

quam in restrictione, in qua tantum favor privati appellantis vertitur; ergo, &c. deprehenditur etiam intellectus iste ex Reg. 35. Cancellaria à Summo Pontifice Gregorio XIII. post Concilium Tridentinum promulgata, & ad ejusdem Concilii explicationem emanata, ubi indistinctè disponitur, quod in causis in Romana Curia pendentibus, & quæ in posterum contigerit agitari, non licet ante diffinitivam appellare: ex quibus planè constat, substitutam esse appellationem ab interlocutoria lata, etiam in secunda instantia, cum attento Concilio Tridentino, (e) in Curia Romana causæ Ecclesiasticæ non debeant agitari, nisi per appellationem à diffinitiva: ergo censetur sublata appellatio ab interlocutoria lata, nedum in prima instantia; verum etiam in secunda. Et de hac appellatione ab interlocutoria habetur apud Lusitanos in Ordin. lib. 3. tit. 53. per totum.

29. Septimo, erit videndum, qualiter appellatio interponi debeat: & erit dicendum, quod appellatio, aliquando interponitur viva voce verbaliter, ut puta, 30. quando incontinenti post prolationem sententiæ gravatus viva voce appellat, & facit eam redigi in actis processus per Notarium: 31. aliquando vero in scriptis interponitur, quando post latam sententiam gravatus ex intervallo appellat. (d) Et in scriptis dicitur appellari, quando porrigitur libellus appellantis scriptus, alias, quando viva voce appellans dicitur, & Tabellio scriberet, non diceretur appellatio in scriptis, sed potius viva voce facta. (e) 42. Et est advertendum, quod à sententia diffinitiva, vel ab interlocutoria habente vim diffinitivam viva voce incontinenti appellari potest, secundum Petulinum; (f) tamen ex intervallo à quacunque sententia appellandum est in scriptis, nec sufficit viva voce, (g) quod est verum, nisi in casibus brevioribus, à quibus etiam ex intervallo viva voce

poterit appellari: (h) & in isto nostro Regno, quæ causæ dicantur breviores observat Didac. Perez. (i) 33. At verò à sententia interlocutoria in casibus, in quibus potest appellari, semper appellandum est in scriptis, sive in continenti, sive ex intervallo; (j) tamen ab interlocutoria habente vim diffinitivam in continenti poterit appellari viva voce, ut supra proximè resolvisti.

34. Rursum, in appellatione à diffinitiva causa gravaminis non debet exprimi, (k) similiter in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitivam expressio causæ non requiritur, arguendo ab æquiparatis: (l) 35. quæ resolutio est vera, nisi quando appellatio in aliquo casu prohibita est à Jure, vel à Principe, tunc enim causa debet exprimi, tam in appellatione à diffinitiva, quam in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitivam. (m) Cæterum in appellatione à sententia interlocutoria continente gravamen irreparabile specialiter, & nominatim causa gravaminis debet exprimi, per text. in cap. 1. de Appellat. in 6. junctâ Clement. Appellanti. cod. tit. (n) in quo casu solummodo hodie habet locum text. in dict. cap. 1. in foro Ecclesiastico; tamen in foro Seculari etiam habet locum in illis tribus casibus, in quibus ab interlocutoria potest appellari, ut habetur in leg. 3. tit. 18. lib. 4. Recopil.

36. Præterea appellatio continere debet nomen appellantis, & appellati, continentiamque sententiæ, à qua appellatur cum relatione Judicis à quo, & Judicis ad quem: (o) 37. sufficit tamen in appellatione apponere nomen officii Judicis à quo, licet nomen proprium non apponatur, ut docet Bartolus. (p) Similiter, sufficit, quod appellatio generaliter fiat, non expresso nomine proprio Judicis ad quem, ut puta, si solummodo dicatur, appello ad Judicem competentem: (q) quæ resolutio prob-

(e) In dict. cap. 20. in princ.

(d) Juxta text. in leg. Litigatoribus, Cod. de Appell. & cap. Et qui 2. quest. 6. & resoluti Marant. de Ordin. Jud.

6. part. tit. de Appell. num. 124. & Damhoud. in Praxi, cap. 236.

(e) Secundum Marant. in dict. tit. de Appellat. n. 127.

(f) In cap. Ut debitas honores, col. 8. veri. Septimo queritur Extra de Appell. & Marant. in dict. tit. de Appellat.

n. 124. & n. 180.

(g) Ut in dict. leg. Litigatoribus, & in leg. 1. §. fin. ff. de Appell.

(h) Secundum Bald. in leg. Majoribus, Cod. de Appellat.

& que dicantur causæ breviores, habetur in Auth. Nisi breviores, junctâ gloss. inibi, Cod. de Sentent. ex brevi loco verit.

(i) In Rubr. tit. 1. lib. 3. Ordin. col. 750. cum seqq.

(j) Ut in cap. 1. de Appell. in 6. & docet Specul. tit. de Appellat. §. Qualiter, & Bartol. in leg. Eius, ff. de Appell.

recip. Perul. in dict. cap. Ut debitas, col. 7. veri. Secundo queritur, & notat Castrensis in cons. 270. vol. 2. in princ. & Roman. cons. 4.

(k) Ut in leg. Scio, & ibi gloss. fin. ff. de Appell. gloss. & communiter DD. in cap. Cum in Ecclesia Extra de Appellat.

(l) Et ita in terminis firmat Perul. in cap. 1. n. 6. de Appell. in 6. & testatur communem opinionem Dec. in cap. Perovino II. Extra de Appell.

(m) Secundum glossam in cap. Romana, §. Si autem, verb. Mandetur, de Appell. in 6. communiter receptam ex Dec. in cap. Ad nostram, n. 13. Extra de Appell.

(n) Et ita resoluti Bald. in leg. Minoribus, n. 5. Cod. de His, quib. ut indig.

(o) Ut in leg. 1. §. fin. & ibi Bartol. ff. de Appell.

(p) In dict. leg. 1. §. fin. n. 6.

(q) Juxta text. in leg. Quæ Roma, §. Scia, ff. de Verb. obligat.

cedit, tam de *Jure Civili*, quam de *Jure Canonico*, ut contra Panormitanum resolvit Decius: (r) quæ opinio procedit non ea ratione videlicet, quia secundum juris ordinem censetur appellatio interposita ad proximum Superiorem, ut communis opinatur, sic enim censetur appellatus Papa, qui est maximus omnium Ordinarius; (s) sed ex alia ratione prædicta opinio procedit, nempe, quia in pendens Apostolis exprimitur Judex ad quem, (t) vel quia saltem prosecutio appellantis, sequatur citatione, declarat Judicem. (u)

39. Appellatio verò alternativa, ut putà, si dicatur, *appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam*, non valet, secundum Glossam: (x) quæ opinio vera est, quando appellatio fuit à Judice recepta, & Judex assignavit terminum ad ejus prosecutionem, quia cum talis assignatio termini habeat vim peremptorii, in tantum quod contra absentem poterit procedi, ac si peremptorie fuisset citatus, (y) interest appellantis scire, coram quo Judice debeat comparere; sed si appellatio non fuit recepta à Judice, nec terminus prosecutionis fuit præfixus, tunc bene valet, cum exigatur citatio, ex qua appellatus certior efficiatur, coram quo Judice comparere debeat. (z)

40. Requiritur etiam, quod in appellatione Apostoli petantur, alioquin appellatio non valet: (a) debentque peti instanter, instantius, & instantissime, & sæpè, sæpius, & sæpissimè; (b) sufficit tamen, quod unico actu sæpius petantur in uno & eodem libello. (c) 41. Dicuntur enim Apostoli *quædam missio*, quæ fit per Tabellionem in testimonio de Judice à quo ad Judicem ad quem, ut ipse instruat ex actis processus: (d) appellaturque ab Apò, id est, De, & Stolon, id est, missio, quam facit unus Judex ad alium: & hujusmodi Apostoli, id est, *Literæ Demissoriae* sunt, aut *Reverentiales*, aut *Testimoniales*, aut *Refutatoriae*, quod colligitur ex responso prælitato à Judice

à quo, quando appellatio interponitur: nam si respondeat, se non intulisse gravamen appellanti, tamen propter reverentiam Superioris desert appellati, tunc istæ Literæ Demissoriae dicuntur *Reverentiales*: quando vero Judex à quo nec desert appellati, nec eam denegat, sed dicit, *quod audit*; tunc dicuntur *Literæ Testimoniales*, sed si expressè appellationem deneger, dicuntur *Refutatoriae*. (e)

43. Denique appellatio fieri debet de minori ad majorem Judicem, (f) debetque gradatim ad Judicem majorem immediatum, & non omnino medio, interponi. (g) Tamen de *Jure Regio* ad ipsum Regem, omnino medio, appellari potest juxta text. in leg. 18. tit. 23. Part. 3. Quo fit, quod licet Domini Oppidorum ex legitimo titulo habeant jus primarium appellationum; tamen eorum subditi liberè poterunt, omnino medio, ad Regem, vel ejus Curiam, aut Cancellarias appellare, juxta text. in leg. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. (h) & libellus appellationis concipitur forma sequenti.

LIBELLUS APPELLATIONIS.

Ilustre Señor.

44. „ Geronymo Hernandez, en la causa „ con Hernan Rodriguez, digo: que la sentencia que vuestra Merced dió, y pronunció contra mí, y en favor del dicho adverso, en que en efecto me condenó à que diessè, y pagasse al dicho adverso cien ducados, legun en la dicha sentencia se contiene, cuyo tenor habido por repetido, y à él me refiriendo, hablando con el acatamiento debido, es ninguna, (y do alguna) injusta, y muy agravada, digna de ser revocada por lo siguiente. Lo primero, por todas las razones de nulidad, y agravio, que del proceso resultan, y se pueden colegir, que hè aqui por insertas. Lo otro,

(r) In cap. *Inter cetera*, n. 4. de *Appellat.* & *Perus.* in cap. *Dilecti* II. quæst. 17. Extra de *Appell.* & *Sublincib.* Alex. in dict. §. *Seia*, n. 3. & ita *Praxis* observat.

(s) Ut optime pungit Socinus, n. 3. & Jass. n. 17. in dict. §. *Seia*.

(t) Ut in cap. *Post appellationem*, vers. *Forma* 2. quæst. 6. (u) Ut colligitur ex *Rota* nova 109. alias 303. suo tit. de *Appellationibus*.

(x) In cap. *Sibi*, qui, vers. *Durante*, de *Offic. Deleg.* in lib. 6. receptam à Decio in cap. 2. n. 6. & ibi Felin. n. 2. Extra de *Appell.* & *Perus.* in cap. *Dilecti* II. eod. tit. quæst. 19. & Aret. in dict. §. *Seia*, n. 19.

(y) Ut in cap. *Sepè*, de *Appell.*

(z) Ita colligitur ex text. *supr.* citato, & firmat Domin. in cap. *Si in*, qui, n. 3. receptus à *Præpos.* in cap. *Si quis* 2. quæst. 6. n. 14.

(e) Ut cum Innocent. resolvit Marant. in dict. tit. de *Appellatione*, n. 119.

(f) Ut in cap. *Ab eo*, & in cap. *Ut super*, de *Appellat.* in lib. 6.

(g) Ut in *Clement. Quævis*, de *Appell.*

(h) Ut in dict. *Clement. Quævis*, & ibi gloss. verb. *Apostoli*.

(i) Ita colligitur ex *Specul.* in 4. part. tit. de *Apostolis*.

(j) Ut in leg. 1. §. *Si quis*, ff. de *Appell.* & in cap. *Non putamus*, de *Consuetud.* in lib. 6. resolvunt Panorm. & Felin. in Rubr. de *Appell.*

(k) Ut in leg. *Imperatores*, ff. de *Appell. leg. Præcipimus*, Cod. eod. tit. in cap. *Dilecti*, 3. de *Appell.* cap. *Metroplitanum* 2. quæst. 7.

(l) Et resolvit *Covarruv.* in *Pract. Quæst.* cap. 4. n. 9.

porque no fue dada à pedimento de parte, ni contra parte, en tiempo, ni en forma. Lo otro, porque yo no fui citado para la ver dár, ni el proceso estaba en tal estado, ni en dársele se guardó el orden del derecho. Lo otro, porque yo probé bien, y cumplidamente mi intencion, y mis excepciones, y defensiones; y debiendolas vuestra Merced dár por tales bien probadas, y absolverse de la demanda, las dió por no probadas, y me condenó. Por las cuales causas, y qualquier de ellas, y por las que ante el Superior protesto decir, y alegar, sintiendome agraviado, salvo *jure nullitatis*, y otro debido remedio, apelo de vuestra Merced, y de la dicha sentencia, en quanto contra mi hace, y no en mas, ni allende parante ante los Señores Presidentes, y Oydores, que residen en la Real Chancillería de Valladolid, só cuya proteccion, y ampáro pongo mi persona, y bienes, y esta causa, y pido los apóstolos de esta mi apelacion *sæpe, sæpius, & sæpissime, instanter, instantissime, & instantissimè*, con todas las instancias, y afincamientos, que de derecho se requieren. Y si esta apelacion tácita, ó expresamente denegada me fuere, añadiendo do agravio à agravio, y fuerza à fuerza, y apelacion à apelacion, iterum apelo de la dicha denegacion, segun, y para ante quien apelado tengo, y pido por testimonio, y à los presentes ruego de ello me sean testigos, para en guarda de mi derecho, y justicia.

EXPOSITIO LIBELLI APPELLATIONIS.

45. Diximus: *Con el debido acatamiento, &c.* ad denotandum, quod appellans non debet convitari Judici à quo, alias puniri debet: (i) nec ex diverso, Judex à quo convitari debet appellanti. (j) Diximus: *Es ninguna, y do alguna injusta, &c.* 46. Quæ clausula procedit ex Glossa. (k)

Diximus: *T no fui citado, &c.* Quæ clausula procedit ex his, quæ resolvit in prima Parte hujus primi Tomi in 10. tempore, paulo post principium.

47. Diximus: *Por las quales causas, y las que ante el Superior, &c.* ad denotandum, quod appellatio à definitiva sententia, nedum justificari potest ex actis, & causis deductis in prima instantia, verum etiam ex novis causis, & novis probationibus deductis in secunda instantia; (l) 49. at vero appellatio ab interlocutoria non potest justificari ex novis causis, sed ex primis deductis in prima instantia justificari debet. (m)

50. Diximus: *Salvo jure nullitatis, &c.* ad denotandum, quod appellans non vult confirmare sententiam nullam, per appellationem, quæ clausula, attento communi stylo, & praxi, & pro cautela apponitur in appellationibus: (n) tamen, attento jure, hæc clausula non est necessaria: 51. nam regulariter de *Jure* sententia nulla, per appellationem non efficitur aliqua. (o)

52. Diximus: *Para ante los Señores Presidentes, y Oydores, &c.* Per hanc clausulam exprimitur nomen Judicis ad quem, & sufficeret dicere: *Para ante quien, y con derecho debo*, ut *supr.* resolvit in isto cap. num. 38. in medio. *T adviértese, que las apelaciones de las sentencias definitivas, y de las interlocutorias, en los casos que han lugar, dadas por los Jueces Ordinarios en las causas civiles, han de ir, y van à las Chancillerías, ut in leg. 12. tit. 5. lib. 2. Recop. excepto algunas causas, cuya apelacion va para el Consejo Real, y qual congerit lex 20. tit. 4. lib. 2. Recop.*

Ansimismo las apelaciones de las sentencias en causas civiles, dadas por los Ordinarios en los Adelantamientos de Castilla, Leon, y Campos de seis mil maravedis, y de ahí abaxo, han de ir, y van à los Alcaldes Mayores de los dichos Adelantamientos; ut in leg. 76. tit. 4. lib. 3. Recop. Item, las apelaciones de las causas civiles de diez mil maravedis para baxo, van à los

(i) Ut in leg. *Illud* I. ff. de *Appell.* & in leg. 12. tit. 18. lib. 4. Recop.

(j) Ut in leg. *Nullus*, ff. de *Jur.* & in leg. *Et in majoribus*, Cod. de *Appell.* & in dict. leg. 12.

(k) Ein. in leg. 1. Cod. *Quand. provoc. non est necesse*, & tradit ibi Bald. n. 13. Bart. in leg. *Si expressim*, n. 4. ff. de *Appell.* Dec. in cap. *Passoralis*, n. 2. de *Except.* & in cap. *quot. & quibus modis*, n. 11.

(l) Ut in leg. *Per hanc*, & ibi DD. Cod. de *Temp. appell.* & in leg. *Es*, §. *Si quis autem*, Cod. de *Appell.* & habetur in cap. *Fraternitatis*, Extra de *Testib.* & pro regula constituit *Duenas* in reg. 48.

(m) Ut in *Clem. Appellanti*, de *Appell.* & docet *Bartol.* in leg. *Ejus*, qui, n. 8. de *Appell. recip.* & pro regula cum 7. fallentis tradit *Duenas* in reg. 47. & juxta text. cap. *Romana*, §. *Cum autem*, cum duobus locis de *Appell.* in 6. quod comprobatur in *Concl. Trident.* sess. 23. de *Reform.* cap. 3.

(n) Ita docet *Butrius* in cap. 1. n. 6. de *Sentent.* & *re jud.*

(o) Ut firmat gloss. fin. in cap. 1. de *Sentent.* & *re judic.* & gloss. fin. in *Clem. Si appellationem*, de *Appellat.* pro quibus glossis est text. in leg. *Si expressim*, ff. de *Appellat.* & ita resolvit *Perus.* in cap. *Dilecti*, quæst. 8. & ibi *Felin.* n. 17. Extra de *Appell.*

Ayuntamientos, y Regimientos de los Lugares, adonde se dan, ut in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recopil. exceptis las apelaciones de las causas civiles de feys mil maravedis para baxo, que se comienzan en los Adelantamientos ante los Alcaldes Mayores, las quales no van a los Ayuntamientos, sino a las Chancillerias, ut in leg. 49. tit. 4. lib. 3. Recop.

Similiter, las apelaciones de las sentencias que se dan dentro de ocho leguas do reside la Chancilleria, aunque sean de menor quantia de diez mil maravedis, van a la Chancilleria, ut in leg. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. Las apelaciones de las causas criminales no van a los Oidores de las Chancillerias, sino a los Alcaldes del Crimen, que residen en ellas, ut in leg. 1. & per totum tit. 7. lib. 2. Recop. los quales no admiten apelacion de interlocutoria, salvo si tiene fuerza de definitiva, o gravamen irreparable, ut in leg. 10. tit. 7. lib. 2. Recopil. & sunt videnda leges remissive positae in Nova Recop. post leg. fin. tit. 18. lib. 4. Recopil. ex quibus constat, appellaciones causarum apud quos Judices sint interponenda.

53. Hujusmodi libellus appellationis, forma iupradicta conceptus, porrigi debet coram Judice a quo, (p) & si copia Judicis non possit haberi, quia est absens, vel propter metum ejus, tunc libellus porrigi debet coram honestis personis, dummodo postmodum intra decendum intimetur Judici, secundum Speculatorem: (q) sufficitque hujusmodi intimationem Judici fieri a quocunque, etiam non habente mandatum, ut resolvit Navarrus, (r) aut Superior potest adiri, & coram eo offerri, secundum Baldum: (s) quae appellatio interponi debet in Foro Saeculari intra quinque dies, & in Foro Ecclesiastico intra decem, connumerandos a die notificationis sententiae, ut supra resolvisti. (t)

54. Et praedicto libello appellationis oblato, pars appellans petit à Tabellione testimonium suae appellationis, quod vulgo dicitur *los Apostolos* Literae demissoriae: & hoc testimonium continere debet relationem petitionis actoris, & ejus quantitatis, & relationem sententiae, & ejus quantitatis, cum expressione causae, an sit civilis, vel criminalis, ut disponitur in leg. 10. tit. 18. lib. 4. Recop. 55.

(p) Ut probat text. in Clem. 1. ibi: *Coram ipse, de Appell. Deciso Rotae 366. de Appell. in novis Innoc. relatus à Bald. in cap. cum olim, col. 1. de Dolo, & contum. & hanc testatur communem opinionem Navarr. in Relect. cap. cum contingat, de Rescriptis, causa sexta nullitatis, n. 10. & resolvit Perus. in cap. fin. col. 4. de Appellat.*

(q) Tit. de Appell. 6. Qualiter, veri. Hoc etiam, sequitur Dec. in cap. Suggestum, de Appell. & Navar. ubi supr.

& si Tabellio causam noluisset testimonium concedere, requiritur debet ab appellante coram alio Tabellione, tertio quoque die, ut sibi testimonium appellantis praestet, quod pro testimonio petere debet: cum quo testimonio se praesentabit coram Superiori, mittendo mandatum alicui procuratori Cancellariae, simul cum praedicto testimonio appellacionis, vel cum alio testimonio alterius Tabellionis, quod Tabellio causam noluisset sibi testimonium appellacionis concedere, & tunc Procurator nomine appellantis se praesentat coram superioribus forma sequenti.

EX CAPITE PRIMO.

SUMMARI A.

1. Appellans debet se praesentare cum testimonio appellacionis coram Superiore, intra terminum praefixum per Judicem a quo.

2. Judex a quo potest assignare appellanti terminum ad se praesentandum, & ad prosequendam appellacionem coram Superiore, sive Judex a quo admittit appellacionem, sive eam denegat.

3. Intellectus ad textum in cap. Ex eo, de Regulis Juris lib. 6.

4. Judice a quo non praesente terminum appellanti ad se praesentandum coram Superiore, tenebitur appellans se praesentare intra terminum a jure statutum.

5. Tempus a jure, vel Judice appellanti concessum ad se praesentandum coram Superiore, currit, attento juris rigore, a notificatione sententiae, sed attento communi stylo, currit a die appellacionis.

6. Testimonium appellacionis de jure Canonico peti debet intra triginta dies computandos a die sententiae.

7. Appellatio remanet deserta, si appellans non se praesentaverit coram Superiore intra terminum a jure, vel Judice praefixum, remanetque sententia Judicis a quo firma.

8. Libellus, & forma praesentandi testimonium appellacionis coram Superiore sermone Hispano conceptus.

9. Appellanti praesentato coram Auditoribus Regis cum testimonio appellacionis datur Provisio

(p) Ubi supr. n. 11. citans ad hoc gloss. in Clem. causam, de Elect. verb. Plena in fin. & text. in cap. Si duobus, de Appell. & plures alios DD.

(q) In leg. Apertissimi, col. 1. Cod. de Jud. & est gloss. in Clem. 1. verb. Majori, de Appell. & tradit Dec. in cap. fin. n. 4. de Appell. & Marant. de Ordin. Judic. 6. par. tit. de Appell. n. 111.

(r) In isto Procem. n. 14. & 15.

sio Regalis, qua vulgo Mejora dicitur.

10. Provisio Regalis appellanti data, (qua vulgo Mejora dicitur) quid contineat, & quid impetrans facere debeat.

11. Appellans debet notificare provisionem sibi datam (qua Mejora vulgo appellatur) parti adversa, ut intra terminum in ea praefixum eat ad prosequendam appellacionem.

12. Appellans exemplum processus à Tabellione sibi traditum simul cum Provisione Regali, (Mejora vulgo nuncupata) & ejus notificationibus, debet praesentare coram Secretario cause in Regali Cancellaria intra terminum in ipsa Regali Provisione contentum.

13. Libellus gravaminum in causa appellacionis coram Regis Auditoribus praesentatus Hispano sermone conceptus.

14. Libellus appellati contra libellum gravaminum ab appellante praesentatum sermone Hispano compositus.

15. Forma relationis in causa appellacionis quam Relator facit, ut partes ad probationem admittantur.

16. Testes non possunt produci in secunda instantia super eisdem articulis, vel directo contrariis, super quibus in prima instantia fuerunt adducti.

17. Advocatus faciens articulos super eisdem articulis, vel directo contrariis prima instantia, puniri debet poena mille marapetinum de jure Regio.

18. Probatio admittitur in secunda instantia super eisdem articulis, vel directo contrariis in tribus casibus, attento communi stylo.

19. Testes producti, & non examinati in prima instantia possunt examinari in secunda super eisdem articulis, vel directo contrariis, super quibus fuerunt producti in prima instantia.

20. Terminus ad probandum a jure datus potest à Judicibus coarctari, & prorogari secundum negotii qualitatem, & locorum distantiam.

21. Relationis forma cum arguuntur instrumenta de falso.

22. Testium examinatio extra Cancellariam Receptorum non committitur, nisi testium sit magnum periculum in perveniendo ad Cancellariam propter summam eorum fenechtem, vel alium morbum, aut legitimum impedimentum.

23. Forma relationis cum instrumenta

dicuntur non esse authentica, nec à Tabellione signata.

24. Forma relationis cum petitur terminus ultramarinus.

25. Stylus qui servatur in Regiis Chancellerieis, postquam partes recipiuntur ad probationem in causa appellacionis.

CAPUT PRIMUM.

DE MODO PROCEDENDI per viam appellacionis in Chancellerieis Regiis.

1. Oblato libello appellacionis coram Judice a quo, ut diximus supra, (a) recepto testimonio appellacionis à Tabellione, pars appellans debet se praesentare cum praedicto testimonio coram Superioribus intra terminum praefixum per Judicem a quo: 2. nam Judex a quo assignare potest appellanti terminum ad se praesentandum, & ad prosequendam appellacionem coram Superioribus, tam in Foro Ecclesiastico, quam in Saeculari, ut probatur in cap. 1. de Appellat. lib. 6. & in leg. 2. tit. 18. lib. 4. Recop. quod verum est, sive Judex a quo admittit appellacionem, sive eam denegat, ut probat text. in dict. cap. 1. sic cum inducendo: nam postquam in vers. praecedenti dixerat de appellacione admittenda, vel rejicienda, statim in vers. sequenti subjicit de assignatione termini faciendi per Judicem a quo: & ita plane probat, Judicem a quo posse praefigere praedictum terminum appellanti, sive admiserit, sive appellacionem rejecerit: & per illum text. ita firmat Joann. Andreas, (b) & probatur in cap. Personae, & in cap. Cum sit Romana, & in cap. Sapè, Extra de Appellat. & in leg. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. quatenus in praedictis iuribus generaliter disponitur, Judicem a quo posse praefigere terminum appellanti ad se praesentandum, & ad prosequendam appellacionem; ergo sive Judex a quo admittat appellacionem, sive eam rejiciat, poterit praedictum terminum praefigere: 3. & ita est tenendum, quidquid oppositum teneant Innocentius, & Panormitanus, (c) quibus non suffragatur text. in cap. Ex eo, de Reg. Jur. lib. 6. per quem praedicti Doctor. firmant, Judicem a quo denegantem appellacionem non posse praedictum terminum praefigere, ex eo quod illum impug-

Ll 2

(a) In Procem. n. 53.

(b) Domin. & Perus. in cap. Cum appellacionibus, de Appellat. lib. 6. Perus. & Moderni in cap. Personae, Extra de Appell. & testatur hanc communem opinionem esse Felin.

in cap. cum Revoldus, n. 16. de Re judic.

(c) Et alii relati atque recepti à Decio in dict. cap. cum sit Romana, n. 6.